

## **Acta sanctorum**

quotquot toto orbe coluntur, vel a catholicis scriptoribus celebrantur, quae  
ex Latinis et Græcis, aliarumque gentium antiquis monumentis

Quo dies primus et secundus continentur

**Bolland, Johannes**

**Parisiis et Romæ, 1866**

De S. Charitina Virg. Mart. Forte Amisi In Ponto Commentarius Prævius.  
Sanctæ ab homonyma martyre distinctio: ejus elogia in Ecclesiasticis  
Fastis: martyrii palæstra et tempus: Actorum fides.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-73889](#)

AUCTORE  
J. B.

(michi 126) de S. Palmatio legantur hi versus :  
Macte animo dignus Romani sanguinis haeres,  
Jure tibi subdit Martia Roma caput.  
Ast ubi devicta Victoria nobilis hoste,  
Palmaci? an vinci est inclita palma tibi?

tum quod in Officiis canonorum tunc recens im-

pressis ad diem v Octobris legatur : In festo S. Pal-

macci Romani consulis et sociorum martyrum

duplex. Cetera, quæ addit Cardosus, parum ro-

boris habent. Censem itaque, S. Crucis canonistas,

quod Palmatium ad diem v Octobris Martyrolo-

gio Romano inscriptum videntur, diem martyri

Trevirensi sacram, martyri Romano per errorem

applicuisse.

que in Lusi-  
taniam

9 Henschenius vero tom. II Maii pag. 845 et  
seq. errorem hic aliquem canonicas obrepisse  
fatetur, vel antiquioribus, qui diem Trevirensi  
proprium Romano martyri assignarint, vel recentioribus,  
quibus pro Trevirensi Romanus martyr  
arriserit : sed utris, propterea non definit, quod  
translationis monumenta, quibus pateat, sitne  
Roma, an Treviris caput illud Conimbricam  
allatum, desiderentur : credere tamen mavult, id  
fecisse antiquiores, quia caput illud Treviris ac-  
cepérant; et errorem recentioribus adscribere.  
Idque eo, inquit, probabilius censeo, quod Trevi-  
reensis Palmatius non inveniatur adscriptus  
Martyrologio Uuardi, quale ex Gallia in Italianu-  
m atque Hispaniam transiit; adeoque non potuer-  
unt errandi occasionem acceperisse ex Romano  
hodierno, quod nondum erat, quodque Baroni-  
nius hac parte auxit ex Molano, interpolatum in  
hac nostra Inferiori Germania exemplum secuto.

## DE S. CHARITINA VIRG. MART.

FORTE AMISI IN PONTO

COMMENTARIUS PRÆVIUS.

Sanctæ ab homonyma martyre distinctio : ejus elogia in  
Ecclesiasticis Fastis : martyrii palæstra et tempus :  
Actorum fides.

J. G.

PROBABILITY  
ANNO CCCIV.  
S. Charitina,  
qua ab alia,  
iv Septembri  
annuntiata,  
diversa est,

**C**llustrem Christi martyrem Charitinam, quam omnes Fasti  
Greci et recentiores guidam Latini hoc die annuntiant, a Charitina martyre, quæ in Menolo-  
gio Sirletiano die iv Septembri  
celebratur, omnino diversam esse, ipsa temporum  
ratio, quibus utraque passa est, manifestum reddit. Nostra quippe, ut communis consensu monumentum Graco vel expresse vel tacite perhibent, sub Diocletiano imperatore, atque adeo vel exente sa-  
culo iii, vel probabilius inchoato saeculo iv, martyrii palmam retulit; altera autem sub Adriano imperatore, ac pro in ante medium saeculum ii martyrio coronata est. Utrum vero Charitina nostra diversa etiam ab ea sit, quæ xv Januarii in Basiliano et Sirletiano Menologio refertur, haud ita primo aspectu liquet. Distinctam esse, haec sudare possent, quod Martyris nostræ certamen die v Octobris, illius vero die xv Januarii ibidem signetur, quodque nostra Claudi cujusdam, illa Claudiani, Christiani hominis, serva fuisse, nostra sub Domitio comite, illa sub Domitiano comite pro Christiana fide acerbissime cruciata fuisse, dicatur. Nihilominus tamen decessoribus nostris Bollandio

40 Henschenianæ sententia faveit solennis exce-  
picio reliquiarum, anno 1595 in Conimbricensi  
S. Crucis-canonicorum Regularium monasterio  
facta, eodemque anno a Gaspare dos Reis de Leyria  
Lusitano idiomate exarata typisque vulgata : cum  
enim, si non Treviris, saltem e Germaniæ partibus  
in Lusitaniam dictas reliquias allatæ illie § 1 di-  
cantur; verosimilius est, accensitas illis S. Palmati  
reliquias, Trevirensis Martyrías, quam  
Romani fuisse; sed Romani elogium Trevirensi,  
minus sibi nota, jam tunc applicuisse S. Crucis  
canonicos. Henschenius item eadem de causa faverit  
versus hi, qui apud citatum Gasparem pag. 436  
versa leguntur :

Quæritis externis Divum cur sancta penates?

Dicite, Cur proprias linquitis ossa domos?

Impia nos nudum Germania spreverat, ipsum

Nulla etiam tractans religione Deum.

At quia\* Christiadum haud aliis mansistis in oris? \* lege cur

Non, qui nos colerent tam reverenter,  
erant.

Porro si Trevirensis Palmatii caput possideant

Conimbricenses, certe non integrum possident, ut

ex dictis de reliquis illius Prague et Corlesteine

servatis liquet. Sed et anno 1588 S. Palmatii e

Germania (atque adeo verisimilius S. Palmatii

Trevirensis) in Lusitaniam allatas reliquias do-

mus nostro professa Ulyssiponensis dono Joannis

Borgiæ, Philippi II regis Catholici ad Rodul-

phum II imperatorem legati, acceptas solenni

pompa in templo S. Rochi collocavit, ut ex im-

pressa eodem anno exceptionis Lusitana relatione

pariter discimus.

et Henschenio die xv Januarii in Prætermisis F  
eadem visa est sancta Martyr, quæ præfato, quæ  
que hodierno die in memoratis jam mox Menologis  
commemoratur. Eamdem tenuisse opinionem Car-  
dinalem Baronum, idcirco existimo, quod Charitinam,  
in Menologio illis die xv Januarii et  
v Octobris relatam, ipse non priori die, sed v Octo-  
bris dumtaxat in Romano Martyrologio annun-  
tiari; quod certe facturus non fuisset eruditissi-  
mus Martyrologii concinnator, nisi eamdem esse  
Martyrem credidisset, quæ diversi hisce diebus  
in utroque illo Menologio celebratur.

2 Et vero, praterquam quod eodem Sanctos  
diversis diebus non infrequenter memorent Basili-  
anum Sirletianumque Martyrologia, prout exem-  
plis ostendi variis posset, tam exigua est inter  
Claudii et Claudiani atque inter Domitii et Domiti-  
iani nomina discrepantia, ut, etiamsi hæc pri-  
mitus compendiarii notis, ut factum fortasse est,  
conscripta non fuissent, librariorum seu incuria  
seu festinatione unum pro alio exarari facile po-  
tuerit. Mithi quidem tantum non est qualemque  
illud nominum discrimen, ut idcirco Charitinam  
nostram ab ea, quæ xv Januarii in geminis illis  
Fastis memoratur, diversam statuere ausim, cum

eadem tamen,  
ut videtur,  
cum illa, que  
xv Januarii  
aliqui me-  
moratur,

Allius enim nomen nempe

A nemppe non tot, quin plura concurrent indicia, quae unam eamdemque Martyrem demonstrant. Etenim tam huic, quam nostræ, idem Charitinae nomen est, eadem professio servilis, idemque martyrii tempus, nimurum sub Diocletiano imperatore. Haec insuper communia Charitina nostra cum altera praetensa habet, quod ad comitem delata, Christianam fidem coram eo libere et intrepide sit professa, quod tyranni jussu attonsum rasumque ejus caput ac mox ignibus cruciatum, quod in mare projecta, incolumis inde emerserit seseque attonto judici stiterit, quod deinde rotæ alligata, carbonibus urì jussa sit eique evulsi dentes fuerint. Quid plura? tam sibi similia utraque illa Charitina est, ut prodigo simile esset, unam eamdemque Martyrem non esse. Potest haec nostra successorumque nostrorum opinio exinde etiam stabiliri, quod nec in Typico S. Sabæ, Menæis excusis, Ephemeridibus Græco-Moscis, negue in Menologio Slavo-Russico diversa illa Charitina die xv Januarii compareat, ac demum quod non alio, quam v. Octobris die, Charitina sub Diocletiano martyris annuntietur; ut adeo duas homonymas martyres esse, jure merito Baronius decessoresque nostri negasse videantur. Quapropter, donec quis distinctas esse, melioribus evicerit argumentis, opinioni eorum lubens subscribo, queque de S. Charitina tum hoc die, tum xv Januarii, Ecclesiastici Fasti memorabilia exhibent, edendis sanctæ Martyris nostræ Actis premitto.

crudele martyrium ex Menologio Basiliano. Grace

B 3 Agonem ejus die v Octobris ita refert Menologium Græcum, jussu Basilii Porphyrogennetæ imperatoris Graecæ olim editum, et Urbini anno 1727 studio et opera Annibalis Cardinalis Albani Grace et Latine typis vulgatum: Ή μαρτυριον του Χριστου, υπηρχεν ἐπι Διοκλητιου του βασιλεως, και Δομετου κομητος, δουλη ούτα Κλαυδίου τινος, περι ής ὁ κομης ἀκοντας, γραφει τῷ κυριῳ αὐτῆς ἀποστολαι προς αὐτον αὐτην εἰς ἔξτασιν ὡς Χριστιανον ὑπερρρυζεν. Ο δε πυρος κάτω λυπηθεις, τοκκον ἐνδυσανος ἔθρην αύτην. Ή δε παρεμβειτο αὐτου, λεγουσι: μη λυπου, κυριε μου. Τα γηρατεια μου, ὑπερ των ἡμιν και των των παραπτωματων θιδωμι. Ο δε επειν μεμπο μου επι των ἐπαυρωνισα βασιλεως. Τοτε ἀπεσαλη τῷ κομητῃ και Χριστιανη ἐστην ὑπερρρυζεσσα, ζυριζεται την κεφαλην και ζευσται ἀδραναν καταπασσεται. Είτα δεσμεται λιδοβορει\*, και βάπτισεται εν τη Σαλασσῃ. Παραδέσιων δε διπλωδειται, και ὑγιης της θαλασσης ἔξελθεσσα, παρεση τῷ κομητῃ. Και ιδου αὐτην ὁ κομης, ἔξεπληγη και προσταξε γενεθαι τροχοι, και δεθνισαι την ἄγνα ἔνει, και ὑπο των τροχων δεθνισαι πυρος ὄνθρακας. Και τοντον γενομενον, ἐμμωρειτο ἡ Άγια. Είτα ἔξερρήκειτο τους ὅδοντας, και ἐκ της πολλης ὁδηνης, και του ἀφροτου πουν παρεδωκε το πνευμα τῷ Θεῳ.

\* i. e. λιδω  
βαρει

Latine verso  
recitatur,

C 4 Quæ verba eruditissimus interpres ita Latine vertit: Charitina Christi martyr fuit temporibus Diocletiani imperatoris, et Domitiani comitis, serva Claudi cujusdam: de qua cum ad comitem rumor venisset, scripsit hic ad illius dominum, ut ea ad se mitteretur, propertea quod de ea tamquam Christiana haberet questionem operteret. Tum dominus morore affectus et sacco induitus, sortem illius deplorabat. Illa vero dominum suum consolabatur: Ne te afflices, inquiens, domine mi: ego enim reliquias meas pro meis, tuisque peccatis tradam. Cui ille: memento mei apud caelestem Regem. Igitur missa ad comitem, seque ipsam Christianam professam, primum capite raso, et carenti carbone consperso; deinde ingenti et collo ejus appenso lapide, in mare demersa, aquam maris pro baptismō habuit. Unde egressa, ad conspectum comitis venit, animosque adstantium rei

magnitudine attontos reddidit: postremo evulsi dentibus, præcisisque manuum ac pedum digitis, vitam finivit. Consonat hic Petri Arcudi Latinæ versio apud Ughellum Italiæ sacræ tom. X editionis Venetiæ, Aneclotorum col. 269 et seq., consentiuntque, quantum ad substantiam, excusa Græcorum Menæos ad hunc diem, Synaxarium Sirmidianum, Maximus Margunius, Cytherorum episcopus, et Menologium Sireletianum, nisi quod in hoc pro Domitio comite, ex typographico forsitan mendo Dionysius comes semel scribatur. Sed de isto infra num. 43.

AUCTORE:  
J. G.

5 Simili fere modo S. Charitinae martyrum et omissa in referuntur in laudato prius Menologio Basiliano ad priori elogio diem xv Januarii; ubi tamen omissa quedam in tormenta ex priori elogio tormenta ex sanctæ Martyris Actis altero, speciatim recensentur, prout utrumque elogium inter se conseruent manifeste patebit. En adeo illud, ut sese habet parte 2 ejusdem Menologii pag. 140: Η μαρτυριον του Χριστου ὑπηρχεν δουλη Κλαυδιου τους Χριστιανους ὄντος, και ειλαβουσ· ἐπι δε της βασιλειας Διοκλητιου και Δομιτιου κομητος διαβηθεισα, ἐπι του Χριστου σεβεται, ἐμριηθη, και παρεση ἐναπον του κομητου. Και διολογησαται τον Χριστου, και ἐπι της Χριστιανης ἐστι, τυπτεται ἰσχυρως. Είτα ζυριζεται την κεφαλην, και σακτην ζευσαν καταπασσεται. Και δεσμεται ἐπι την κεφαλην αὐτης ὁδος δρυμωτασιν· και μετα λαυπωδων τας πλευρας καταφλεγεται. Είτα δεσμοσ απερρημηται εν τη Σαλασσῃ. Παραδέσιων δε διπλωδειται, και ὑγιης της θαλασσης ἔξελθεσσα, παρεση τῷ κομητῃ. Και ιδου αὐτην ὁ κομης, ἔξεπληγη και προσταξε γενεθαι τροχοι, και δεθνισαι την ἄγνα ἔνει, και ὑπο των τροχων δεθνισαι πυρος ὄνθρακας. Και τοντον γενομενον, ἐμμωρειτο ἡ Άγια. Είτα ἔξερρήκειτο τους ὅδοντας, και ἐκ της πολλης ὁδηνης, και του ἀφροτου πουν παρεδωκε το πνευμα τῷ Θεῳ.

6 Quo vero quilibet facilius nosse queat, quæ in hoc elogio fuerint priori adjecta aut dilucidius pariter verso, exposita, Latinam ejus versionem ex memoriale recensentur, Græcorum Menologio hue transcribo. Ita habet: Charitina martyr Claudiani cuiusdam Christiani piius hominis serva, temporibus Diocletiani imperatoris, et Domitiani comitis, delata, quod Christum coleret, comprehenditur, et comiti sistitur. Christum autem confessa, seque Christianam esse professa gravissime cadit: deinde abraso capiti serventes guttae, acerrimumque acetum perfunditur: mox latera ejus facibus aduruntur: deum vincta in mare demergitur. Sec divinitus erupta, et sana e mari evadens, stetit coram comite, qui ea visa obstupuit, præcepti rotam fieri, eique Sanctam alligari, subjectis carbonibus comburi. Quod cum factum esset, cruciata est Charitina. Tum dentes illi evulsi sunt, que gravissimo dolore, et intollerabili labore confecta, spiritum Deo tradidit. Hacelius Menologii Basiliani recentior interpres, multa tum hic, tum sive alibi Arcadio accuratior, dum verba haec ἐπι δε της βασιλειας Διοκλητιου και Δομιτιου κομητος in hunc modum Latine vertit: Temporibus Diocletiani imperatoris, et Domitiani comitis; cum ex adverso Arcadius Domitium seu Domitium cum Diocletiano imperatorem hic dixerit, quod certissime et Græco textui ei veritati historicæ refragatur.

7 Unum superest, quod sanctam Pugilem nostram illustriore reddit, martyrii adjunctum, in autem modus recitatis supra elogii omnino prætermissem. Si enim S. Charitinae Actis binisque Menæorum versiculis haberi usquequa fides possit, non tam vi tormentorum, quod tamen insinuare videtur posterius

AUCTORE  
J. G.

sterius elogium, quam servida orationis virtute et quasi sponte laxato corporis ergastulo, spiritum suum ad Superos emisit. Menæorum versiculos,

*Actis sanctæ Martyris consonos, audi:*

'Οπερ δὲ εὐχῆς εἰχε, ταρπος την λυσιν,

Ίδου, δι εὐχῆς λαμβάνει Χαριτων.

Qui post preces mortem subiit,

Ecce post preces mori imperat Charitina.

Nimirum, cum antea suis precibus id miraculum ipso impretrasset, ut appenso ad collum lapide in mare projecta, incolumis inde emerget postea, id beneficium per Christi, in cruce post fusam orationem morientis, merita, sua prece obtinuit, ut,

priusquam pudicitæ sua probrum inferni posset, immaculatam animam, eluso sclerati judicis ini-

quissimo consilio, Creatori suo committeret. Quo

forte spectat eruditissimus Baronius, cum in

Romanio Martyrologio eam in oratione positam

spiritum emisisse scripsit. Verba ejus audi:

Eodem die passio sanctæ Charitinae virginis, que sub Diocletiano imperatore et Domitio con-

sulari, ignibus cruciata et in mare projecta, cum

inde incolumis evasisset, manibus et pedibus

abscissis, dentibusque convulsis, in oratione

posita spiritum emisit. Baronio consentit Arturus

a Monasterio in suo Gynæco, atque insuper,

quam ille omiserat, S. Charitinae palæstram, Ga-

lesiniū utecumque secutus, designavit, ita scribi-

ens: In Oriente passio sanctæ Charitinae virginis

et martyris.

Martyrii pa-  
lastra non in  
Hispania, ut  
pseudo-Dexter

8 Contra hanc S. Charitinae palæstram recla-

mant cum suo Flavio Dextro in Chronico scripto

Hispani, a Tamayo ad hunc diem pag. 414

laudati, qui eam anno Christi 296 Carthaginæ

Spartaria (vulgo Cartagena, quæ urbs in Murcia

regno sita est) sub Diocletiano sextum et Crispino

nobilissimis caesaribus consulibus passam esse

fidenter definiunt. Nempe, cum sanctæ Martyris

palæstram nusquam reperirent antiquis Fastis

satis dilucide expressam, pro more suo Charitinanam

in Hispaniam traxeret et Carthaginæ anno 296 pro

Christo occubuisse, commenti sunt; quam vero

undeque infeliciter, lubet hic ostendere. Anno

Christi 296 Diocletianum augustum sextum consulē

fuisse, negari quidem non potest; sed eum

anno illo collegam in consulatu habuisse Crispini,

id profecto tam a veritate alienum est, quam

quod maxime, prout cuiilibet Fastos consulares

Relandi insipienti illico patet. Etenim anno

illo Constantium Chlorum cum Diocletiano con-

sulatum gessisse, clamant omnia ibidem monu-

menta, a Relando adducta. Præterea pseudo-

Dexter Diocletianum eo tempore nobilissimum

dumtaxat Cesarem appellat, cum hic tamen jam

ante annos duodecim, seu Carino II et Numeriano

coss., imperator levatus, Augusti titulum dignita-

temque mox consecutus esset, nec umquam, ut Con-

stantio, Galerio Maximiano aliisque postmodum

contigit, nobilissimi Cæsaris titulō gavisus fuisset.

Verum, inquit Bavarus, mendum irrepit codici

Dextri, qui (pro Constantio Chloro) habet Crispini.

Quid tum? Num propterea Diocletianus,

jam pridem Augustus, nobilissimus Cæsar recte

illuc dictus fuerit, aut num ideo Charitina anno

Christi 296 Carthagine in Hispania passa erit,

in quam ex Oriente pedem intulisse, ex nullis fide

dignis instrumentis demonstrare possunt Hispani,

prout Nicolai Antonii scripta posthumā non ob-

secure indicant.

9 At non solus Dexter, sed et Julianus, archi-

presbyter Toletanus, in Epitaphiis Sanctorum

Hispanie Charitinam Carthagine Spartaria se-

alique con-  
tendunt,

puttam a Claudio fuisse testatur, ut apud Ta-

mayum in Martyrologio Hispano ad hunc diem

ostenditur. Scio, epitaphium illud Juliano archi-

presbytero Toletano illie adscribi; ast pariter scio,

etiam ab ipsis Hispanis, qui vel tantilla eruditio-

nis fama gaudent, illud Juliani Opus haud secus

hocce tempore haberi, quam Dextri sui Chronicorum

ceteras monstruosas mendaciorum hydras, toties

tum a decessoribus nostris, tum ab eruditissimo

Nicolaio Antonio supra laudato alisque profligatas

et internecioni datas. Nec quidquam Pseudo-Dextri

sequaces juvat, quod sub annum Christi 296

Decimius aliquis provinciæ Bæticae consularis

præses seu judec fuerit. Quippe, tametsi in recen-

sitis supra elogiis pro Domitio legi deberet Decimius,

ut pag. 313 contendit Bavarus, nec vel sic

Dextri sequaces quidquam pro Carthaginensi pa-

laestra confercent. Nam, cum provincia Carthaginensis,

ut ipse Tamayus ad hunc diem pag. 417

fatetur, tunc temporis inter Bæticæ provinciæ

circulos non contineretur, sed sub Hispania Citeriori seu Tarragonensis consularis dominus

constituta eset, nequaquam Decimius ille Cartha-

gine jura dicere, tribunal erigere et sanctam Mar-

tyrem, ut subditum suo imperio corrigere ac su-

premo officere potuit supplicio. Bavarus arguitan-

tamen Tamayus citata pagina laudat, qui multo

rectius Pseudo-Dextri ejusque sequacium Hispano-

operosus nugas pro meritis explosisset.

10 Ceterum Charitinanam non in Occidente, sed in Oriente

nedum Carthagine Spartaria, martyrio affectam

ostendit ex eo potest, quod veteres Fasti La-

tinæ, in recensendis martyrum suorum nominibus

accuratissimi, nusquam de ea meminerint, quod-

que non aliunde, quam e monumentis Græcis

S. Charitinae nomen in Galesini atque hodiernum

Martyrologium Romanum transcriptum fuerit,

prout Galesinius et Baronius in Notis suis indi-

canit. Accedit, quod Charitina in omnibus Fastis

Græcis tam antiquis tum recentioribus compa-

reat, suppresso quidem palæstræ ejus nomine, at

vel ideo Occidentali Ecclesiæ abjudicanda. E-

tenim si quando Menologium Basilianum aliaque

Græcorum monumenta Martrem aliquem ex Oc-

cidentali Ecclesiæ annuntiant, nihil his solemnius

antiquiusque est, quam disertissimis verbis ejusdem

Martyris palæstram indicare, uti SS. Agathæ,

Laurentii, Vincenti aliorumque exemplis demon-

strare in promptu est: ac proinde, cum Charitinae

palæstram monumenta Græca nominatim non ex-

primant, indicum sat evidens est, Sanctam illam

ad Occidentalem Ecclesiæ nequaquam spectare,

camque in Oriente pro Christo passam fuisse,

tametsi Menæorum Menologiorumque scriptoribus

ejus palæstræ nomen non innoverit; quod tamen

mirum nemini videri debet, quandoguidem contin-

geré facile potuit, ut ex innumeris ferme sancto-

rum Martym in Oriente passorum Actis, quorum

compendia ipsi exhibent, vel aliqua non usquequa-

que integra ad eos pervenerint, vel hæc non ita

diligenter fuerint conscripta, ut rerum a tanta

Sanctorum multitudine gestarum characteres to-

photographicos aliquos exacte pra se ferrent.

11 Alterutrum ac fortassis utrumque acciderit et probabili-

S. Charitinae Actis, qua Symoni Metaphrastæ,

ejus Martym Græce edenti, prælutzerunt. Apud

hunc enim uti et in Menologio Basiliano ac Mē-

næis excusis nusquam ipsius palæstræ, ubi Cha-

ritina passa est, expressum nomen reperitur. Si

tamen in re obscura conjecturis locus est, nescio,

an ex Menologio Basiliano et Menæis excusis,

cum Metaphrastæ narratione collatis, illa erui sat

nam

A probabilitate non posset. Juverit tentasse. Charitatem nostram sub Diocletiano imperatore martyrio coronatam fuisse, diserte tradunt Gravorum Menologia atque Menza; id vero non contigisse, uti Surius refert, anno 290, seu primis Diocletiani imperatoris annis, quibus, Eusebio teste lib. 8, cap. 1 Eccles. Historiae, erga Christianos benignus existit, imperator, sed potius sub annum Christi 304, quo jam, incentore Galero Maximiano, atrocissima adversus cuiusque ordinis Christianos commota erat persecutio, indicare videtur Metaphrastes, cum Charitinae martyrium non alteri tempori illigat, quam no dominatum aliquando obtinuit impietas et imperatores furore concitavit adversus eos, qui Christianorum tegebant opinionem. Etenim, si quod unquam fuit in Oriente tempus, cui haec Metaphrastes verba congruere exactius queant, illud certe fuit, quo Galerius Maximianus, cum anno 303 Diocletianum ad propositum crudelissimam persecutio- nis impulisset, una cum eo in omnis sexus, atatis et conditionis Christianos impissimam crudelis- simam carnificinam exercuit.

excita ge-  
nerali in  
Christianos  
persecutione.

C 12 Tunc nempe, ut Lactantius cap. 15 testatur, promiscue Christiani in Oriente ad exstinctionem rapiti, alligatis ad collum molaribus mari- mersi, tormentorum genera inaudita excogita- ta, et qualia in Actis S. Charitinae referuntur. Tunc, præterquam in Galliis, quibus Constantius Chlorus præverat, teste eodem Lactantio cap. 16, vexabatur universa terra, Romanis subditis, et tres acerbissimas bestias, videlicet Diocletianus, Maximianus Herculeus et Galerius Maximianus, ita sievabant, ut merito mox subdiderit idem scri- ptor: Non mihi si linguae centum (*supple sint*) oraque centum, ferrea vox, omnes scelerum comprehendere formas, omnia poenarum percur- rere nomina possem, quae judices per provin- cias justis atque innocentibus intulerunt. Et quamquam eo anno Galerius Maximianus nequam proprio augustus seu stricte imperator esset, tamen, cum jam inde superato Narseo caesaris nomen detrectasset, seseque ipse imperatoribus tum accentueret, Diocletiano, utut nomine imperatorio inferiori, auctoritate tamen ac potestate non impar, idcirco vel cum Metaphrastes imperatorem etiam dixit, vel forte ad imperatorem Maximianum Herculeum, eodem tempore Romæ in Christianos

B savientem, respexit. Utul id sit, adducta Meta- phrastes verba atrocissimam in Christianos perse- cutionem anno 303 commoveri coptam, satis dilucide indicant et eatenac Basiliano Menologio Menisque consentiunt lucemque addunt.

savient in  
cos Amisi in  
Ponto Domi-  
nio, imperato-  
rum vicariorum

13 Jam autem, cum, saviente in Orientalibus plagiis Diocletiani et Galerii Maximiani perse- cutione, Domitus aliquis, eorum vicarius, Amisi ad Pontum Euzinium exstiterit, ad quem sancti martyres Clemens Aneyranus et Agathangelus perducti fuerint ab eo diris modis excre- ciandi, prout eorum Acta tom. II Januarii pag. 466 et 478 testantur, facile crediderim, hunc a vaserrimo savissimoque comite Domitio, sub quo Charitina passa est, diversum non esse, eamque proinde Amisi in Ponto, ubi is tribunal erezaverat, martyrium subuisse. Ita conjicio, quod Amisus urbs vicina mari sit, in quod projecta fuisse Charitina narratur, quodque nullum sit ejus martyrii adjunctum, quod, ut consideranti patescet, huic palæstræ non congruat; deinde, quod sat multa indicia concurrant, quæ, conjunctim sumpta, eundem Domitium tyrannum prodant. Par enim Amiseno Domitio nostroque nomen, par-

etas, par Christianos inquirendi furor, par vas- frites atque crudelitas. Accedit, quod Eusebius lib. VIII Historiae Ecclesiastice cap. 12 cum recensu- set varia tormenta, quibus in Arabia, Cappadocia, Mesopotamia aliisque locis cruciati martyres fue- rint, eadem testetur in Ponto suppliciorum genera aduersum Christianos odhibita fuisse, aut certe sua atrocitatis modo ab iis non absone, quæ Charitina, ut Menologia, Menza et Metaphrastes scribunt, persessa fuit. Nec vero conjecturam nostram evertit, quod in S. Clementis Aneyranis Actis supra laudatis, multa Baronio displicerent. Quamquam enim hyperbolica suppliciorum aux- sis in iis quandoque adhibita fuisse visa illi esset, non propterea tamē Domitium Amisenum pre- fectum hocce tempore exstitisse, negavit, nec eum a Domitio Charitinae tyranno diversum aut ipse statuit, aut quisquam alius certis argumentis diversum esse, hactenus ostendit. Itaque a palæ- stra sanctæ Martiris nostræ simulque ipso marty- ri tempore, quantum in re non omnino explorata licuit, stabilitis, ad Actorum ejus fidem auctori- tamque progreder.

AUCTORE  
J. G.

14 Acta haec, quæ ex Graeco Latine versa Aloysius Lipomanus, Veronensis episcopus, anno 1558 edidit, genuinum esse Simeonis Metaphra- stis Opus, asserenti Leon Allatio in Datriba de Symeon scriptis pag. 124 et 126, consentiunt, E

quantum quidem novi, eruditæ ad unum omnes. Quia vero hodiecum apud quosdam hereticorum, incredulorumque sparsis calumniis delusos, justo pejus audire solent Metaphrastes, quæque ejus nomen præferunt, Sanctorum Acta, non abs re erit, hic nonnulla recensere, quæ virum hunc ejusque genuina Opera ex a quo commendent. Non triviale ludi magistrum, qualem Gesnerus et Hispanianus eum depingunt, at contra fuisse sa- cculo x non admodum proiecto Constantinopolitanis palati magistrum, atque adeo eum munere inter aula imperatoris dignatus omnium summo, ipsiusque imperatorum filiis expedito, eminuisse, tam evidenter ostenderunt Bollandus noster in Praefatione ad tom. I Januarii pag. 48 et Leo Allatius in laudata Datriba pag. 25, ut pudore suffundi debant, qui ex rerum Graecarum ignorantie eum communem de plebe pædotribam fecerunt. Ad tan- te dignitatis fastigium priusquam ascenderit Sy- meon Metaphrastes, jam a Leone imperatore factus fuerat protosecretarius, patricius, magnus, ut F videtur, logotheta, seu summus, ut apud nos vocatur, cancellarius, prout recte scribit Guiliel- mus Cave in suis Scriptoribus Ecclesiasticis pag. 402. Tantum vero Symeonis nostri in ecclesia

Græca auctoritatem celebratatemque fuisse, asserit laudatus Allatus pag. 33, ut quotidie in ecclesiis publice scripta illius legerentur ad confir- manda dogmata, rerumque seriem stabilendam in concilio a Patribus laudarentur, sententiaeque sue veritatis pondus additum existimarent, si eadem, quæ et ipsi, illum asservuisse demonstras- sent. Nevo id a se gratis dictum videatur, multa Allatius mox congerit veterum testimonia, asser- tionem suam abunde comprobantia, quæ, si lubet, citato loco consule.

15 At, inquires, multæ apud Metaphrastem genuinum exstant aniles fabulæ, quas a viro, summis aulæ nec repudian- cesareæ dignitatibus ornato, et tanta auctoritate prædicto, projectas esse, nemo credet. Verum re- spondeo, aniles quidem fabulas in Vitis quibusdam sub Metaphrastis nomine perperam divendi soliti reperiri; sed has germanas aulas cesareæ magistri proles esse, rectissime pag. 119 et seqq. negat

AUCTORE  
J. G.

*negat jam sape laudatus Leo Allatius. Fateor quidem, in historicis xque ac chronologicis rebus Metaphrastem non minus quam plerosque alios auctores, hallucinatum nonnunquam fuisse; nec omnia ejus scripta undequaque tuenda suscipere auderem; verum, ut solis S. Charitinae Actis quæ ex antiquioribus despississe videtur, ex aquo vindicandis insistam, sciscitari licet, quid in iis sit, quod fabulam anilem sapiat, aut fidem superet humanam? An quod, nulla probatione aut convictione juridica præmissa, Charitinae infligantur plaga ferreumque collare injiciatur? At, quod multo magis est, teste Lactantio cap. A. 3, sine ulla probatione ad ipsam extrema martyrii supplicia, seu, ut ipse loquitur, ad confessionem eo tempore damnabantur presbiteri ac ministri seu diaconi. An quod sancta Martyr judicem suum vafrum et callidum vocare ausa sit? At certe longe duriora in ipsummet regem Antiochum adolescentior Machabæus martyr lib. n. Machab. cap. 7 concessit, et nihil mitius sub Diocletiano martyres quosdam locutos fuisse, haud difficile foret demonstrare. Fortassis id displicebit in S. Charitinae Actis, quod graviora et moribus Romanorum non congrua supplicia ei illata dicantur? Sed Lactantium num. 12 citatum consule; audi et Eusebium lib. viii Eccles. Hist. cap. 42: Quæ apud Pontum*

B

(adversus Christi martyres) gesta sunt, vel ipso dictu incutunt horrorem. Id te forte offendet, quod virtute divina suffulta Virgo atrocissimis tormentis illico non succubuerit, quodque incolumis e mari emerserit? At pleni sunt hujusmodi prodigiis Ecclesiastici Fasti, de quorum fide nemo sanus ambigit. An denum anilem fabulan sapere, aut humanam fidem superare dices, quod Virginem tormentis invictam, probo ac contumeliam affici, iudex præcepere. At mulieres eximia castitate præditas atque etiam virgines, Deo devotæ, lenonibus ad omne genus turpitudinis subinde a tyrannis addictas fuisse, nemo non ignorat, qui Eusebium legit. Haud ita certe modestia ac pudoris terminis sese continebant hujusmodi temporis judices, ut contra, eodem Eusebium testib. viii cap. 12, quibusdam in Ponto martyribus, in visceribus ac pudendis partibus fodos atque inexplicabiles cruciatus absque ulla miseratione inferri juberent. Non ergo ex hoc capite neque ex aliis supra recensitis, hæc S. Charitinae Acta, veluti Symone indignæ nec quidquid contra obniantur nuperi scriptores martyromastiges, ut omni fide indigna, repudianda sunt. Illa adeo ex apographo nostro codicis Ms. Reginæ Sueciæ signata num. 43, una cum Latina Lipomani versione edenda existimavi.

E

## ACTA

Auctore Symone Metaphraste.

Ex Ms. Reginæ Sueciæ signato num. 13.

Latine versa apud Lipomanum tom. vi a pag. 313.

Charitina  
judici delata  
et capta,

a

Dominatum aliquando obtinuit impietas et imperatores furore concitavit adversus eos, qui Christianorum tenebant opinionem a. Satellitum autem et ministrorum erat officium scrutari Christianos; et piis intentabant mina multiplicitum tormentorum. Ad quandam ergo comitem b generosa quoque, desertur virgo Charitina, quod non solum in honore habeat Christianos, sed etiam multis inducat ad suam religionem; quin etiam eos, qui opinionem suscepérunt Christianorum, tuiores reddat ad suum cultum. Ad eam ergo accedit comes c in spe habitantem, et seorsum secum, et cum Deo versantem. Accedit autem ira plenus et statim ei plagas infligit, et ferreum ei collare d imponit et eam tradit consulari injustissimo judici. Ille vero et statim proponit instrumenta suppliciorum; et cum Martym curasset sibi ad suum tribunal; Miserere, inquit, tui, antequam periculum facias suppliciorum, sapienti utens considerationem; et immortalibus offer sacrificium. Sic enim tria lucrificias maxima. Nam et deorum potentiam tibi redde propitiā; et imperatorum attrahes benevolentiam; et florentem speciem acribus tormentis non facies flaccescere,

nec blanditus  
nec minus ejus  
moveatur, sed  
contra illam  
detestatur,

e

Eκριχτε πότε τα της ἀσεβειας και βασιλεις ἐπιτους τα Χριστιανον φροροντας ἔξεμενεν. Υπασπιζαι δι αὐτος και ὑπέρεται την των Χριστιανων ἐρευνης ἔργου ἐποιευτο, και πολιευθεις τοις ἐντεβετινοις βασανοι. Μημετας σιν κομητι των και ἡγεμονιατη Χαριτην, δι μη μονον τα Χριστιανων ἀπαρχει τιμωσα, ἀλλα και πολιον προς την αὐτης βροκειας \* ὑπαρχει, και δη και τους τα Χριστιανων ἐλογκεισ απολεσερους ἐπι το σκεινον σεβας παρασκευαζε. Ἐρισαται διν ο κομης αὐτη ἐπι θετη πατακουνη και κατα μοναχ εύτητης συγγνωμενη και τη Θεο. Ἐρισαται δι και νυμον πληρης, και παρατην πληγας ασθη ἐντενει, κλαυστη αιδηρουν περιπτην, και την δικαιαν ψητων τη παρος πανταδικω δικηη πυροδοδιουν. Ο δι τατε των κολακεων ειδης προτηλην ὄργανα, τη Μαρτυρατη την αὐτου βηματι παρασησα, σικτειρον, ειπε, προ της των κολακεων πειρας σαντην πορφρου χρησταιν τη λεγισμο, και τας άθανατους θυσιαν προτενει. Τρια γαρ ουτα τα μεγιστα κερδηνεις, τοτε του θεων κριτος ἔξιλεντη, τηντε των κρατουτων εύμενειν ἐπιπληση και το επικιδων της θραξ ειν βασανων δραμυτηι μαρανεις.

F

2 Τοις τη Μαρτινοις δικαιοσσα προς ούρανον μὲν αἱρεται τη δύματα τη εὐελπιην ἐπικλησιμενη βηθειν, τῷ δὲ του σαρωτι φραζαμενη σημειη, ποτιλος μεν εἰ του τροπου, υπατην, και το ήδος ὑπολοτε και ἀπατηλος, ἔρη. Ἀλλ' εἰς ἀνοικον \* σαι το σκληρον τοτο \* ἀνοητον σαρωτις